

DISPUTATIO XXXV.

De ministro Confessionis.

Minister Confessionis aut Sacramenti poenitentiae dicitur ille, qui applicando formam materiae efficit, ut consummetur in esse Sacramentali illud, quod ad esse Sacramenti ordinatur, sive ille qui peccatis dolorosam confessione expositis in personam Christi, qui solus authoritative peccata dimittit, absolutionem impendit.

Q U A E S T I O I.

An omnis & solus Sacerdos sit minister & an poenitens sit examinandus?

DICO I. *Solus sacerdos est minister hujus Sacramenti, & ideo ei soli facienda est sacramentalis Confessio* S. Th. in suppl. Q. 8. A. 1. O.

Probatur: illis est facienda sacramentalis Confessio, qui acceperunt à Christo potestatem ligandi & solvendi peccatores, sed hanc acceperunt Sacerdotes tanquam successores Apostolorum, quibus à Christo dictum est Joan. 20 Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, ut patet ex Trid. sess. 14 Can. 10. de poenit. Si quis dixerit Sacerdotes, qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi & solvendi non habere, aut non solos Sacerdotes esse ministros absolutionis, sed omnibus & singulis Christi fidelibus esse dictum: quodcumque ligaveritis super terram &c. Anathema sit. Ratio S. D. loc. cit. est: illis tantum competit potestas in Corpus Christi mysticum, quibus competit potestas in Corpus Christi verum; sed ista tantum competit Sacerdotibus; ergo & illa. Maj. probatur: quia cum Christus prius ordinaverit Apostolos Sacerdotes, iisque concesserit potestatem prius consecran-

di verum suum Corpus, quam ipsis concesserit potestatem ligandi atque solvendi, idcirco potestas in Corpus Christi verum iuxta Christi institutionem præsupponitur potestati in Corpus Christi mysticum: hoc est: in fideles seu membra Christi à peccatorum nexibus absolvendos; ergo competit hæc potestas sacerdotibus solis, sed ut validè hanc potestatem exercent, requiritur etiam competens jurisdictio. De qua

Nota 1. Quod duplex potestas in Sacerdote reperitur; *Ordinis & jurisdictiois*: potestas Ordinis iterum duplex est potestas consecrandi Corpus Christi, quæ datur in initio ordinationis Sacerdotum, & potestas super Corpus Christi mysticum, quam accipit Sacerdos in ordinatione per impositionem manuum & illa verba: *accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata &c.* Dicitur hæc potestas in Corpus Christi mysticum: quia est potestas absolvendi fideles, qui sunt Corpus Christi mysticum, à peccatis suis, non proxima, sed radicalis tantum & in actu primo sive quasi physica, quæ verba ejus sunt efficacia, ut si proferantur in subditos, eis remittant peccata, undè hanc sacerdos ordinatus nondum potest exercere, nisi ab extrinseco adveniat jurisdictio in alios tanquam subditos,

Potestas jurisdictiois est potestas ferendi sententiam in alium tanquam subditum in foro interno: quia enim absolutio à peccatis est actus judicialis, hinc necessariò requirit subditos: potestas enim in subditos est potestas jurisdictiois, quæ datur per concessionem Ecclesiæ ejusque Prælatos, nec datur omnibus Sacerdotibus, & data potest aufferri vel minui & sæpè de facto aufferitur vel minuitur; cum potestas ordinis quæ datur in ordinatione, resideat in caractere indelebili, qui nunquam tolli vel minui potest.

No-

Nota
& delega
ordinaria
cui vel be
nitentem
prii, sed
ordinaria
jurisdictio
legatur,
per se d
soli sac
dotale
conce
alios a
dictio
delega
modis
DI
hoc Sa
bet jur
Pro
examer
in judic
ita etiam
requirit
dum, &
jurisdictio
Primo
penitentia
ex vi electi
risdictioem
supremus Pe
ordinaria ju
vi legitima
nam in fore

Nota 2. Quod jurisdictio dividatur in ordinariam & delegatam & utraque vel est universalis vel restricta, *ordinaria* dicitur, quæ competit ratione muneris officii vel beneficii, *delegata* est, quam sacerdos in pœnitentem accipit non vi beneficii vel officii alicujus proprii, sed solum ex commissione alterius jurisdictionem ordinariam habentis. Potest autem duplici modo hæc jurisdictio delegari, *directè* & *indirectè*, *directè* delegatur, quando alicui committitur potestas, ut ipse per se directè pœnitentem absolvat & hoc fieri potest soli sacerdoti potestatem ordinis & Characterem sacerdotalem habenti. *Indirectè* delegatur, quando alicui conceditur, ut sacerdotem aliquem eligat, qui se vel alios absolvat, & tunc factâ electione, eo ipso jurisdictio indirectè collata esse censetur sacerdoti electo; delegatio potestatis sive indirecta sive directa fit tribus modis à jure ac privilegio, à consuetudine & ab homine.

DICO 2. *Sicut ille qui non est sacerdos, non potest hoc Sacramentum conferre, ita nec ille, qui non habet jurisdictionem.* S. Th. in suppl. Q. 8. a. 4. O.

Probatur Conclusio ex dictis in notabili 1. Hoc Sacramentum exercetur per modum judicii, ergo sicut in judicio judex debet habere potestatem in subditos, ita etiam ad hoc Sacramentum validè administrandum requiritur in sacerdote ut iudice potestas in absolvendum, & consequenter jurisdictio, competit autem hæc jurisdictio sequentibus.

Primo jurisdictionem ordinariam in tribunali pœnitentiæ habent Papa Episcopus & Parochus; Papa ex vi electionis suæ in summum Pontificem habet jurisdictionem universalem in totam Ecclesiam tanquam supremus Pastor. Episcopo vi electionis suæ competit ordinaria jurisdictione in omnes Diœcesanos. Parochus vi legitimæ institutionis habet jurisdictionem ordinariam in foro conscientie in suos Parochianos, ideoque

hi omnes (si sint sacerdotes) in tribunali pœnitentiæ suos respectivè subditos absolvere possunt. *Dixi* : Si sint sacerdotes , quia jurisdictio illa ordinaria residere potest in non sacerdote , & tunc ex defectu potestatis ordinis Sacramentaliter absolvere non potest , benè tamen alteri suam jurisdictionem committere , qui in foro pœnitentiæ absolvat. Similem his jurisdictionem ordinariam habent prælati regulares in suos religiosos , Generales in omnes sui ordinis , Provinciales in omnes suæ provinciæ , & Prælati localis in religiosos sui monasterii vel Conventûs , ordinariam quoque jurisdictionem habent qui prædictorum vices gerunt ex vi sui muneris , officii vel beneficii , sic ordinariam jurisdictionem Papalem habent Vicarius Generalis Papæ , legatus à latere ; Episcopalem Vicarius Episcopi , pœnitentiarius Episcopalis ; Parochialem Vicarii Parochorum , quos sacellanos vocamus ; ad jurisdictionem ordinariam revocanda est illa jurisdictio , quam ex perpetuâ Ecclesiæ consuetudine obtinet quilibet etiam simplex sacerdos super omnia peccata in articulo mortis ; quamvis enim etiam hæc jurisdictio non competat ex officio , est tamen ipsi sacerdotio perpetuè annexa , denique exspirat hæc jurisdictio ordinaria cum officio vel beneficio , cui est annexa , & si habens jurisdictionem ordinariam pœnam suspensionis & excommunicationis incurrat.

Secundo potestatem universalem ordinariam irrefringibilem habet solus Papa , cæteri habent quidem jurisdictionem ordinariam non tamen universalem , quæ etiam circa proprios subditos per reservationem casuum restringi potest juxta Trid sess. 14. de pœnit. cap. 7. *Ratio est* : quia jurisdictio judicis inferioris subordinatur jurisdictioni superioris , & ab illâ dependet & ideo summus Pontifex respectu Episcoporum , Episcopi respectu Parochorum , Prælati regulares respectu suorum

rum regu
cata restri
à quibus i
possint.
Tertio
imprimis
3. tit. 7.
mendicar
bulcunq
Billâ C
Cap. n
tit. 70
vel Pr
guntur
legatar
exposit
rum Pa
Sacerd
cerdote
non pro
Confes
legatan
te jurisc
sufficien
rum Co
nem nec
signo aliq
habito pr
gate postea
ab illis, qu
quo modo
quenti , ac
nem, uti ja
sed ut licitè
streretur plure

rum regularium potestatem absolvendi circa certa peccata restringere possunt, & sic aliquos casus reservare, à quibus ipsi soli & ab ipsis specialiter deputati absolvere possint.

Tertio jurisdictionem delegatam habent sequentes *imprimis* à jure per Clement. dudum 2. de sepult. lib. 3. tit. 7. delegatam directam habent religiosi ordinum mendicantium absolvendi quoscunque fideles à quibuscunque peccatis & Censuris, exceptis iis, quæ in Bullâ Cœnæ continentur. Delegatam indirectam ex Cap. ne pro dilatione 16. de pœnit. & remiss. lib. 5. tit. 70. habent omnes sacerdotes, qui ab Episcopo vel Prælato inferiore exempto in Confessarium eliguntur. Deinde ex consuetudine jurisdictionem delegatam directam habent Parochi alique Sacerdotes expositi excipientes Confessiones in suâ Parochiâ aliorum Parochianorum; Indirectam delegatam habent Sacerdotes in Confessarium ab aliquo Parocho vel Sacerdote electi ex Consensu ordinariorum scientium & non prohibentium Sacerdotes confiteri quibuscunque Confessariis. Denique ab homine jurisdictionem delegatam habent omnes Sacerdotes, quando ab habente jurisdictionem ordinariam verbo scripto aut signo sufficiente committitur eisdem, ut suorum subditorum Confessiones excipiant, ad hujusmodi delegationem necessariò requiritur consensus actualis præsens signo aliquo manifestatus & nullò modo sufficit rati-habitio pro futuro, sive quod ordinarius potens delegare postea ratam sit habiturus absolutionem datam ab illis, qui nullam actu jurisdictionem habent. Aliquo modo habita jurisdic-tio, de quâ Quæstione sequenti, ad validam hujus Sacramenti administrationem, uti jam dictum, ex parte ministri requiritur, sed ut licitè & cum fructu hoc Sacramentum administretur plures aliæ conditiones & qualitates ad quintu-

plex officium, quod in tribunali pœnitentiæ confessarius exercet: scilicet iudicis, Patris, Doctoris, Medici & ministri Sacramenti pœnitentiæ benè exequendum in confessario requiruntur.

Prima conditio requisita in confessario est vitæ integritas & innocentia, etenim qua iudex debet vitam ad eum modum instituere, ne à reis eadem delicta quæ in his condemnat, ipsi exprobrari possint. Quæ Pater debet bono exemplo filiis spiritualibus præluere, quæ Medicus debet ipsemet esse sanus, ne dicatur: Medice cura te ipsum, quæ Doctor debet ad exemplum supremi Doctoris facere & docere, quæ Sacramenti minister curare debet, ut sancta sanctè semper in actuali statu gratiæ administret.

Secunda confessarii conditio est scientia omnium, quæ ad officium confessarii pertinent, ideo in quantum iudex debet scire peccata mortalia & venialia saltem ex genere suo in qualibet materia præceptorum divinorum & Ecclesiasticorum, peccatorum species & circumstantias speciem mutantem vel intra eandem speciem notabiliter aggravantes in confessione explicandas, obligationes & onera, quæ per peccata communiter contrahi solent: ut sunt obligatio restitutionis bonorum famæ & fortunæ, obligatio satisfactionis pro injuriâ, casus reservatos & censuras à quibus absolvere non potest, necessaria in pœnitente ad bonam dispositionem & validam absolutionem. In quantum Medicus debet scire omnium tentationum & peccatorum remedia & modos, quibus pœnitens à peccatis resurgere, consuetudines & malos habitus eradicare possit. In quantum Doctor spiritualis debet scire resolutiones casuum, qui ex peccatis oriuntur, impedimenta matrimonii, obligationes status Clericalis, religiosi & matrimonialis. Denique in quantum minister Sacramenti indiget scientiâ, ne sanguinem Christi,

qui

qui in Sacra
profanè po
rum præcip

15, v. 14.

ve am ead

confessariis

vitâ suâ dice

tradere sac

præterita

quia hujus

experunt

tentiæ ce

rentes de

Terti

mia pru

omnis u

Sacerdos

dici supe

diligente

peccati, e

bere conf

sis experi

Quar

animi for

specu hun

tumvis ama

& famæ inju

ximâ peccat

cer illæ peccat

mini utiles ac

nam Christi.

& proice abs

DICO 3.

lum aperiat ab

riat, quod q

qui in Sacramento continetur, indignis administrando profanè polluat & se cum pœnitente in æternum interitum præcipitet juxta redemptoris nostri dictum Matth. 15. v. 14. *Cæcus si cæco ducatum præstet ambo in foveam cadunt*, de periculo animarum, quæ ab indoctis confessariis diriguntur, monet Sancta Mater Theresia in vitâ suâ dicens: extremi periculi esse, se dirigendum tradere sacerdotibus inexpertis nec satis eruditis, iis præsertim, qui se plus scire putant, quam revera sciant, quia hujusmodi sibi fidentes aliorum consilium non expetunt, quo fit, ut erratis, quæ in ministerio pœnitentiæ committunt, sine remedio relictis & se & pœnitentes damnationi objiciant.

Tertia conditio in audiendis confessionibus est extrema prudentia, ut inculcat Concil. Lateran. in cap. omnis utriusque sexûs de pœnit. & remiss. dicens: *Sacerdos sit discretus & castus, ut more periti medici superinfundat vinum & oleum vulneribus sauciati diligenter inquirens & peccatoris circumstantias & peccati, quibus prudenter intelligat, quale debeat ei præbere consilium & cujusmodi remedium adhibere diversis experimentis utendo ad salvandum agrotum.*

Quarta conditio in confessario est magna charitas & animi fortitudo in admonendo pœnitente sine ullo respectu humano, in applicandis remediis salutiferis quantumvis amaris, in obligando ad restitutionem bonorum & famæ injustè ablatae, ad tollendas causas, quæ in proximâ peccandi occasione pœnitentem constituent, licet illæ peccanti tam utiles sint aut necessariae, ac sunt homini utiles ac necessarij oculi, manus, pedes juxta doctrinam Christi. *Si oculus tuus scandalizat te erue eum & projice abs te.*

DICO 3. *Actus potestatis spiritalis non est, ut casum aperiat absolutè... sed ut quantum ad hunc aperiat, quod quidem ordinatè fieri non potest, nisi ejus*

ido-

idoneitate, cui aperiendum est calum, pensatâ. S. Th.
 in suppl. Q. 17. a. 2. in O.

Unde eruitur, quod pœnitens non sufficienter peccata sua exprimens neque dispositionem suam sufficienter manifestans à confessario sit examinandus.

Probatur: Quia confessarius tenetur procurare integritatem & validitatem Sacramenti, ita ut, si fieri possit, de eâ sit moraliter certus; atqui hoc non fit, nisi pœnitentem, si peccata sua insufficienter exprimat vel dispositionem suam non satis manifestet examine, ergo.

Unde infertur 1. Quod si confessarius moraliter certus sit, pœnitentem pro suo captu non præmississe sufficientis conscientiae examen (in quo non metaphysica & summa sed moralis & capacitati pœnitentium & legis Christianae suavitati commensurata debet adhiberi diligentia, videlicet talis qualis ab hominibus prudentibus similis conditionis in alio negotio arduo & gravi solet adhiberi) obligatur ipsum iuvare suis interrogationibus, aliàs pœnitens culpabiliter omittens integritatem confessionis foret indispositus ad absolutionem Sacramentalem.

Infertur 2. Licet probabiliter credat pœnitentem sufficientem diligentiam adhibuisse, si tamen verosimiliter prævideat, aliqua taceri à pœnitente propter ignorantiam aut inadvertentiam inculpabilem, verius est, quod confessarius teneatur pœnitentem interrogare: ut probatur ex cap. omnis utriusque sexus de pœnit. & remiss. ubi statuitur, ut sacerdos sit cautus & discretus more periti medici inquirens diligenter circumstantias peccatorum. Attamen non debet hoc examen esse metaphysicum ac nimis exactum, sed morale ac suave: cum nec ipse pœnitens ad plus teneatur: quam ad moralem examinationem, undè confessarius in examinandis pœnitentibus non minus errare potest per excessum, quam per defectum, tum quod indiscreta & rigida

exa-

examinatio
 pœnitentia
 ca peccata p
 gravem alio
 modi rebus
 se suspicio
 quam tenta
 denique inte
 ve expecta
 seu statuu
 quod ido
 ris vero
 plex, q
 diendus
 potest a
 fessarius
 circa nu
 monendi
 dus ob ig
 neam, c
 re; si ver
 sione, ex
 nis, ne p
Infertur
 tentem no
 examine ac
 sed debeat e
 licet pœnite
 re vel cum m
 tione videatur
 rius excusatur
 millies remitte
 nec poterunt
 ab ipso confes
Infertur 4

S. Th. examinatione reddatur odiosum & grave Sacramentum penitentiae, tum quod incautus interrogationibus circa peccata praesertim carnis posset poenitens moveri ad gravem aliquam tentationem vel etiam instrui de ejusmodi rebus venereis, vel confessarius possit malam de se suspicionem in animo poenitentis vel in seipso aliquam tentationem gravem indiscretè movere, tum denique interrogationes poenitentium moderandae sunt vel expendendae pro qualitate negotiorum & officiorum seu statuum ac secundum tempus ultimae confessionis, quod idcirco primò confessarii solent inquirere, ceteris vero paribus lenius examinari debet rudis & simplex, quam civilis seu politicus, citius etiam est expediendus aegrotus, qui ob capitis debilitatem difficulter potest attendere ab subtiliora. Ubi observabit confessarius ulterius, quod si poenitens interrogandus sit circa numerum aut circumstantias peccatorum, vel monendus de restitutionis obligatione, seu corrigendus ob ignorantiam culpabilem seu conscientiam erroneam, consultius erit statim ac suaviter eum admonere; si vero opus sit objurgatione & acriori reprehensione, expediet illam differre usque ad finem confessionis, ne poenitens perterritus taceat aliqua peccata.

Infertur 3. Quod licet confessarius inveniat poenitentem non sufficienter praeparatum nec facto sufficienti examine accedere, tamen non possit eum dimittere, sed debeat eundem interrogationibus suis disponere, & licet poenitens ex improviso interrogatus non nisi temerè vel cum magnâ confusione absque aliquâ recogitatione videatur dicere posse numerum, tamen confessarius excusatur: quia, licet tales homines rudes & ignari millies remittantur, nunquam melius se examinabunt, nec poterunt ita benè dicere peccata sua, sicut nunc, si ab ipso confessario mediocri diligentiam examinentur.

Infertur 4. Quod si confessarius sciat poenitentem

obno-

obnoxium esse peccato mortali, quod non confitetur, facienda sit distinctio: si sciat illud ex aliorum relatione, tunc in foro pœnitentiæ potius debet credere pœnitenti, quam aliis: cum enim pœnitens in iudicio confessionis sit reus & testis, tota allegatio & probatio consistit in dicto pœnitentis: si verò viderit propriis oculis & sciat evidenter, non fuisse alteri confessum, nec pœnitentem in suâ saltem existimatione habere causam rationabilem negandi peccatum, tunc non potest ipsum absolvere: quia licet confessarius regulariter debeat iudicare juxta allegationem pœnitentis, nihilominus quia forum pœnitentiæ ordinatur ad bonum ipsiusmet pœnitentis, idcirco confessarius sciens pœnitentem sacrilegè negare peccatum, adeoque indispositum esse ad Sacramentalem absolutionem, imò hanc non utilem sed summè nocivam fore pœnitenti, potest eam omnino denegare.

Denique si Confessarius advertat, pœnitentem esse indispositum, sequenti modo se gerere debet: vel pœnitens est indispositus ex culpabili doloris vel examinis defectu, & tunc potest pœnitentem sine absolutione dimittere, & monere, ut redeat peracto examine & dolore concepto: quia nullum Jus habet ad absolutionem; attamen quia periculum est, ne si dimittatur absque absolutione, non sit reversurus ad confessionem, si suppetat tempus, expedit, ut Confessarius, quantum fieri potest, illum disponat & absolvat; vel pœnitens dolorem aut integritatem confessionis omisit inculpabiliter, & tunc non potest dimitti absque absolutione, sed disponi debet à Confessario: quia confessionis Judicium jam inceptum est cum tali pœnitente, cui proindè Jus acquisitum est ad absolutionem, quare tenebitur Confessarius tum exhortationibus tum interrogationibus ipsum juvare ac disponere ad confessionem quoad fieri

De
fieri potest
re percipie

An

Proba
A ticum
Sacerdotis a
bente potes
lem.

DICO

plex potest
distionis,
bus Sacer

Q. 20. A

Probat

15. de re

usum clav

le benefici

Et a Synodi

facularium

reputari,

pis per exa

alias idone

zur, obtin

etiam immo

Pro cuius

imò. Q

Sacerdoti,

etiam si ab Ep

solum loquitu

si Prælatu rel

que, potest e

contra si par

cuiunque co

barum ab Ep

feri potest integrè faciendam, & absolutionem integrè percipiendam.

Q U Æ S T I O II.

An approbatio Episcopi requiratur?

Approbatio Confessarii est publicum & authenticum Judicium de idoneitate & sufficientiâ Sacerdotis ad audiendas confessiones factum ab habente potestatem Episcopalem vel quasi Episcopalem.

DICO Ad absolutionem à peccato requiritur duplex potestas, scilicet potestas ordinis & potestas jurisdictionis, prima quidem potestas est equaliter in omnibus Sacerdotibus, non autem secunda S. Th. in suppl. Q. 20. A. 1. ad 1.

*Probat*ur: ex Concil. Trid. in quo Sess. 23. cap. 15. de reform. præter ordinem sacerdotalem ad usum clavium requiritur in non habentibus parochiale beneficium approbatio his verbis. *Decernit sancta Synodus nullum etiam regularem posse confessiones secularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus judicetur & approbationem, que gratis datur, obtineat, privilegio & consuetudine quacunque etiam immemoriali non obstantibus.*

Pro cuius decreti pleniore notitia sciendum.

1^o. Quod regulares confiteri possint unicuique Sacerdoti, quem Prælatus proprius constituerit, etiam si ab Episcopo non sit approbatus, quia Trid. solum loquitur de confessionibus secularium, ideo si Prælatus religioso det licentiam confitendi unicuique, potest eligere non approbatum ab Episcopo, econtrà si parochus parochiano dederit potestatem cuicumque confitendi, non potest eligere nisi approbatum ab Episcopo.

2^o d^o.

2dò. Qui beneficium obtinuerunt, cui cura animarum est annexa, eo ipso ad confessiones audiendas approbati censentur per Trid. ut proindè alia approbatione opus non habeant, ideoque ipsis in Diœcesi, in qua curam animarum exercent directè vel indirectè delegari potest jurisdictio fori pœnitentialis.

3tò. Ad confessiones sæcularium & licitè & validè suscipiendas requiritur approbatio ipsius Episcopi, in cujus Diœcesi Sacerdos ad audiendas confessiones exponitur, qui Episcopus interdum non est ordinarius pœnitentium v. g. si in alienâ Diœcesi sint peregrini habentes expressam vel tacitam facultatem cuicunque Sacerdoti exposito confitendi. Deindè si Episcopus Sacerdoti non sibi subdito in alienâ Diœcesi confiteri velit, debet is vel parochiale beneficium obtinere vel ab Episcopo proprio esse approbatus, ut declaravit S. Congregatio. Imò quandoque potest accidere, ut requiratur approbatio ab Episcopo, qui nec pœnitentis nec Confessarii sit ordinarius; ut si Sacerdos peregrinus à parochia exponatur ad excipiendam confessionem alicujus peregrini advenientis, debet Sacerdos ille esse approbatus ab ordinario loci, in quo confessionem illam excipit, qui nec est ordinarius confessarii nec pœnitentis.

4tò. Regularis, licet alibi ab alio Episcopo approbatus, non potest fideles absolvere in aliâ Diœcesi sine ejusdem Episcopi approbatione, colligitur ex Trid. quod dicit, nullum regularem posse sæcularium confessiones audire, nisi ab Episcopis approbationem accipiat, ergo plurimum Episcoporum approbatione eget Sacerdos, si in pluribus Episcopatibus ad confessiones audiendas sit exponendus, cujus congruentia est: quia ad cujuslibet Episcopi officium

ficiam spe
Confessari
110. Ju
Georſim ab
do Episcop
nes audien
nem Episco
assumpto
quamprim
modo teg
statem ab
ad hoc tr
fuerint.

Demu
parochia
ad audien
Quoad a
cularium
sunt ex co
ab Alexand
zum & ma e
ad obtinend
rium confe
auctoritate
in Gallia re
dei, neque
si promulga
non possunt Ep
nes, quas reg
das neque illas
num mendican
mendas non ten
probentur, rej
concessa fuisse
tium semel app
dl. Partis

facium spectat in suâ Diœcesi providere, ut idonei Confessarii exponantur.

scd. Jurisdictio quandoque simul quandoque seorsim ab approbatione datur, simul datur, quando Episcopus aliquem exponit & mittit ad confessiones audiendas; datur jurisdictio ante approbationem Episcopi, si parochus alicui in cooperatorem assumpto dat facultatem confessiones audiendi quamprimum fuerit ab ordinario approbatus, eodem modo regulares à summo Pontifice accipiunt potestatem absolvendi quamprimum à suis superioribus ad hoc munus deputati & ab ordinariis approbati fuerint.

Demum datur jurisdictio post approbationem, si parochus Sacerdotem ab Episcopo jam approbatum ad audiendas suorum confessiones exponat.

Quoad approbationes regulariû ad excipiendas secularium confessiones requisitas, regulæ desumptæ sunt ex contradictoriis propositionum damnatarum ab Alexandro VII. Anno 1659. 20. & 30. Januarii quarum prima est *Concilium Trident.* non obligat regulares ad obtinendas approbationes ab Episcopis, ut secularium confessiones audire possint, neque de illius concilii auctoritate privilegia regularium restringi possunt, cum in Gallia receptum non sit præterquam in decisionibus fidei, neque Bulla Pii IV. pro confirmatione illius concilii promulgata. & da. Ubi concilium Trid. est receptum, non possunt Episcopi restringere vel limitare approbationes, quas regularibus concedunt ad confessiones audiendas neque illas ullâ ex causâ revocare, quinimo ordinum mendicantium religiosi ad eas approbationes obtinendas non tenentur, etsi ab Episcopis religiosi non approbentur, rejectio illa tantum valet, ac si approbatio concessa fuisset. 3tia. regulares ordinum mendicantium semel approbati ab uno Episcopo ad confessiones au-

diendas

diendas in sua Diœcesi habentur approbati in aliis, nec novâ egent Episcoporum approbatione, regulares habent potestatem absolvendi à peccatis Episcopo reservatis, etiamsi ab Episcopo auctoritas indulta ipsis non fuerit.

Q. An quilibet Sacerdos etiam simplex absolvere possit à venialibus & mortalibus semel ritè confessis?

R. Negative: tum quia Trident. indefinite statuit, neminem nisi approbatum posse esse ministrum confessionis; tum quia absolutio illa est actus jurisdictionis, quem ex vi ordinis non habet quilibet Sacerdos: tum quia quidquid sit de speculativo talis absolutionis valore, certum est id non licere, secundum relatum ab authoribus decretum Innocentii XI. de communione quotidiana, in cujus fine additur: non permittant Episcopi, ut confessio venialium fiat simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo aut ordinario, si parochi aut Confessarii etiam regulares aut quicumque alii Sacerdotes secus egerint, sciant se Deo optimo rationem reddituros esse.

Q U Æ S T I O III.

Quis in periculo mortis sit minister?

DICO *Ecclesia acceptat ut quilibet, Sacerdos absolvere possit in articulo mortis S. Th. in suppl. Q. 8. A. 6. ad 1.*

Probatur ex Trid. Sess. 14. cap. 7. ità declarante ne aliquis pereat, in Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis; atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuslibet peccatis & censuris absolvere possunt; undè in articulo mortis à solo quidem sed ab omni Sacerdote etiam non approbato potest fieri absolutio, quando autem

S. Th. de
tur non d
humilitati

Compe
Sacerdoti

communi

solvendi q

ticulo mo

biliter me

certa, u

probabil

eos qui

tit. 11.

aludim

sa illius

culum

instans

periculo

absolutio

visum de

Si ver

potestate

non com

cerdori,

imminer

suetudo Ec

fetior Sace

sente legiti

quilibet Sac

tur in ritual

mortis immi

quilibet Sacer

peccatis absol

Quod si ab

cerdos, null

S. Th. docet confessionem posse fieri laico, loquitur non de sacramentali, sed de aliâ ad exercitium humilitatis factâ confessione.

Competit igitur ex Ecclesiæ concessione omnibus Sacerdotibus etiam Hæreticis, Schismaticis, excommunicatis, suspensis, degradatis potestas absolvendi quoscunque pœnitentes non tantum in articulo mortis, quo videlicet jam imminet inevitabiliter mors, quando nempe mors est in fiori & itâ certa, ut moraliter evitari non possit, sed etiam in probabili mortis periculo, ut colligi videtur ex cap. eos qui 22. de sent. excommunicationis in 6. lib. 5. tit. 11, ibi: *propter imminentis mortis periculum, aut aliud impedimentum legitimum*, Ratio est: quia causa illius concessionis est, ne in salutis remedio periculum facere debeant pœnitentes, si verò mortis instans esset expectandum, nec in probabili ejus periculo liceret Sacerdoti pœnitentibus impendere absolutionem sacramentalem, non satis esset provisum de remedio adversus salutis periculum.

Si verò adsit Sacerdos proprius vel alius habens potestatem delegatam potens & volens absolvere, non competit hæc facultas absolvendi cuilibet Sacerdoti, cujus ratio est: tum quia revera tunc non imminet necessitas, tum quia itâ semper habuit consuetudo Ecclesiæ, ut præsentem Prælato non possit inferior Sacerdos à reservatis absolvere; ergo nec præsentem legitime approbato poterit à quibuscunque quilibet Sacerdos absolvere. Tum quia itâ exprimitur in rituali Rom. jussu Pauli V, edito *si periculum mortis immineat, approbatusque desit Confessarius, quilibet Sacerdos potest à quibuscunque censuris & peccatis absolvere.*

Quod si absit proprius vel alius privilegiatus Sacerdos, nullus inter alios Sacerdotes ordo ex ne-

cessitate est servandus : eo quod omnes alii, si verâ jurisdictione in hunc careant, simplices Sacerdotes sint, nec referat, hunc Sacerdotem fortè expositum esse & habere jurisdictionem, cum hic & nunc æquiparetur simplici Sacerdoti & verba Trid. universalia sint, ut in casu necessitatis omnis Sacerdos possit absolvere, imò si Sacerdos inferior antequam superior vel privilegiatus adsit, jam cœperit audire peccata reservata nullam habentia reservatam censuram annexam, potest pergere & pœnitentem absolvere, tum quia jam habebat jurisdictionem, quando cœpit, tum quia non est verosimile, quod Ecclesia velit infirmum obligare, ut eadem peccata bis diversis confiteatur. *Dixi* nullam habentia censuram &c. Si enim absolutus sit pœnitens in casu necessitatis à peccatis, quibus censura reservata est annexa, debet transacta necessitate se sistere superiori, ut mandatis ejus pareat, aliàs in eandem censuram reincidit ex cap. eos qui 22. de sent. excom. in 6. cit.

QUÆSTIO IV.

An absenti confessio valide fiat?

TRiplex quæstio circa absentes formari potest. Imò. An quis absens confiteri & absens possit absolvi? 2dò. An qui præsens confessus absolvi valeat absens? 3tiò. An qui absens est confessus, absolvi possit præsens præcisè ratione confessionis in absentia factæ?

DICO *Sicut in Baptismo non sufficit, qualitercunque abluere... ita nec in pœnitentia sufficit qualitercunque peccata manifestare* S. Th. in suppl. Q. 9. A. 3. ad 1.

Explico : Illicita & invalida est confessio absenti facta & absolutio data absenti sive absens confitea-

D
tur & simu
tur & abso
nis in absen
Probatu
navit Anno
pena iplo b
omnino do
quam falsat
positio nec
ternantur
deno absen
Collige
licitam si
judicasse
substanti
absolutio
sitatis, q
nempè ex
tur eligere
brius confi
2. Utraq
damnatam
senti confi
vatur, &
ve absens c
partes, qu
gi in sensu
tantam hæc c
fiteri absenti
hanc interpre
Paulus V. 16
Pauli V. certu
propositionem
collectivo tan

tur & simul absolvatur absens, sive abiens confiteatur & absolvatur præsens præcisè ratione confessionis in absentia factæ.

*Probat*ur ex decreto Clementis VIII. quod emanavit Anno 1602. in quo sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, ac S. Pontifici reservata omnino doceri & in praxin redigi prohibet tanquam falsam temerariam ac scandalosam hanc propositionem: *licet absenti Sacerdoti per litteras aut internum sacramentaliter peccata confiteri, & ab eodem absente absolutionem accipere.* Ex quâ damnatione

Colliges imò. Absolutionem non tantum esse illicitam sed etiam invalidam, si enim Clemens VIII. judicasset absolutionem, de qua agitur, valere quoad substantiam, nequaquam prohibuisset praxin istius absolutionis urgente necessitate, cum in casu necessitatis, quæ valida sunt, fiant etiam licita, id nempe exigente præcepto charitatis, quo quis tenetur eligere ea, quibus proximi saluti tutius ac salubrius consulitur.

2. Utramque partem hypotheticæ copulativæ esse damnatam: nempe damnatum est, & licere absenti confiteri sive deindè præsens sive absens absolvatur, & licere absentem absolvere sive præsens; sive absens confiteatur. Licet propositio duas habens partes, quantum est ex vi verborum, possit intelligi in sensu copulativo, quasi Pontifex damnaret tantum hæc duo simul, quod quis possit simul & confiteri absenti & absens absolvi ab absente, attamen hanc interpretationem speciali decreto damnavit Paulus V. 1603. 14. Julii ita ut post declarationem Pauli V. certum sit Clementem VIII. non damnasse propositionem, de qua est questio, sumptam in sensu colectivo tantum, nempe prout supponit pro confessione

fessione & absolutione, sed etiam divisim prout supponit aut pro absolutione aut pro confessione.

Ratio Conclusionis est : quia ex una parte absolutio de rigore formæ vi particulæ demonstrativæ *Te* tam necessario exigit præsentiam confessi absolventi, quam necessario in consecratione Eucharistiæ particulæ *Hic & Hoc* exigunt præsentiam materiæ consecrandæ, ex alterâ parte absolutio secundum sensum & praxin Ecclesiæ, quæ sine dubio ex institutione Christi ortum habent, necessario refertur ad reum formaliter in interiori foro Pœnitentiæ præsentem ac se sistentem in actuali accusatione & confessione suâ.

Dixi invalidam absolutionem quidem præsentiam datam, sed præcisè ratione confessionis in absentia factæ, si enim pœnitens per litteras vel per internuntium peccata sua absens sit confessus, modo autem pœnitens confessus verbis vel signis confessionem suam ratificet, significans nempe hæc esse sua peccata, sese de his dolere, se accusare & absolutionem petere, utique validè & ex causa rationabili licitè absolveretur à Sacerdote præsentem, non ratione confessionis in absentia factæ, sed ratione ratificationis & novæ præsentis confessionis virtualis.

Obj. Sacramentum Pœnitentiæ à Christo institutum est per modum Judicii, in quo Sacerdos personam Judicis, pœnitens personam rei, accusatoris & testis agit, ipsa vero absolutio est sententia judicialis; ergo sicut in Judicio forensi potest reus comparere per Procuratorem & Judex valet absentem absolvere, ità etiam Sacerdos poterit in foro conscientiæ reum absentem absolvere.

æ. Disparitatem esse: quia Sacerdos non potest habere certitudinem moralem de præsentem statu absentis, cujus confessionem v. g. per litteras aut in-

ternun-

D
renuntium
rem cordis
care, dubit
actu absolvi
mo quamdiu
dè heret aliq
quo daret illi
qua fundatu
rem.

Q. Qu
absolutio
æ. No
ficam. ut
sed sufficit
vendus ap
intra quod
cum homin
uti Judex f
quem reum
in hoc Sacra
judicii.

DI

D

P Orestas
ro con
sive etiam p
intelligitur
claves compe
pœnitentiæ Ju
quam autho
examinando p
indagando.
test super p eo
vendo vel ind

renuntium accepit, licet enim ille pœnitens interiorum cordis dispositionem potuerit per nuntium indicare, dubitare tamen merito potest, an, dum postea actu absolvit, sit in eadem animi affectione: cum homo quamdiu est in via, sit obnoxius mutabilitati, unde fiet aliquando, ut reus eo instanti absolveretur, quo daret illicitæ rei operam; hæc est congruentia, in qua fundatur praxis Ecclesiæ non absolventis absentem.

Q. Qualis requiratur præsentia ad suscipiendam absolutionem?

R. Non esse necessariam præsentiam omninò physicam, ut nempe pœnitens proximè assistat absolventi, sed sufficit præsentia moralis, qualis est quando absolvens approximatur Confessario intra tale spatium, intra quod solent communi voce etiam altiori homines cum hominibus colloqui, quali nempe præsentia solet uti Judex forensis pronuntians sententiam contra aliquem reum, talis enim præsentia censetur sufficiens in hoc Sacramento, quod institutum est per modum iudicii.

DISPUTATIO XXXVI.

De neganda vel differenda absolutione.

Potestas Ecclesiastica ligandi & solvendi sive pro foro conscientie tantum in Sacramento pœnitentie sive etiam pro foro externo per leges, Censuras &c. intelligitur nomine clavium, secundum quod autem claves competunt Sacerdotibus, qui in Sacramento pœnitentie Iudices sunt, alia est clavis scientie, per quam authoritativè potest interrogare pœnitentem examinando peccatoris causam ejusque dispositionem indagando. Alia est clavis potestatis, per quam potest super peccatore ferre sententiam, ipsum vel absolvendo vel indispotitum ad absolutionem pronuntiando.